

Primum est ipsius jurisjurandi contemptus atque vilpendium; notum quippe est frequentiam inducere irreverentiam, & jam pridem dictum à Tertuliano: semper abundantia contumeliosa in semetipsa est. Unde illud vulgatum S. Augustini: Ench. cap. 80. "Peccata quantumvis gravia, cum in confusione venerunt, aut parva aut nulla esse creduntur."

Alterum illudque preceptum, perjuriorum multiplicium non tantum periculum, sed certa quasi sequela.

Iam enim pridem observatum est, multiplicari perjuria multiplicatis juramentis: ideoque notarunt Pares, quod licet Christus dicendo: Ego dico vobis non jurare omnino &c. non quidem absolute jurare vetetur, tamen tamquam periculum sollicitate cavendum voluerit: ne non fatus caverndo in perjurium incidatur: quod post SS. Patres apostolissime expressit Innocentius III. in Cap. Epist. Christi 26. & de Jurejurando: "Quodam enim prohibetur, ait, quia per se mala sunt, ut furum, adulterium & huiusmodi, quoniam sunt aliquatenus facienda. Quodam vero prohibentur ex causa, non quia per se mala sunt, sed quia, si sunt frequenter & multum, ex his mala sequuntur: ut vinum per se malum non est, & tamen prohibet Apostolus dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, quoniam ex frequenti & immoderata potatione vini luxuria generatur. Sic & juramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis, sed tamen prohibetur ex causa, quoniam ex frequenti & incanta juratione perjurium sèpè contingit: sicut in Ecclesiastico legitur: Vir multum jurans replebitur iniustitate, & non discedet à domo ejus plaga."

Hinc magna semper fuit tam Ecclesiastici quam Civilis Magistratus cura, ne juramenta multiplicarentur, aut ubi multiplicata erant diminuerentur.

Sic in legibus antiquis Vigesimorum lib. 2. cap. 22. legimus: "Iudex ut bene causam cognoscat, primum testes interrogat: ac deinde scripturas inquirat, ut veritas possit certius inviri, ne ad Sacramentum facile veniatur. Hoc enim justitia potius indagatio vera commendat, ut Scriptura ex omnibus intercurrent, & jurandi necessitas feso omnino suspendat."

Et in Capitularibus Regum Francorum lib. 7. cap. 79. "Volumus ut Sacra menta cito non fiant, sed unusquisque index prius causam veraciter cognoscat, ut eum veritas latere non possit, ne facile ad Sacra menta veniant."

Si hec iam sollicitate etiam in iudicis, ubi est iudex qui jurantes instruere monere atque etiam terrere posset, jam pridem Principes ob jurisjurandi Religionem atque perjurii pericula decreverint, quanto magis putamus ex iurisdictione hac jurisdictione à quibuscumque etiam idiotis atque plebeis hominibus passim praestanda praevenient, ne dicam improbassent? Reipublica Moderatoribus Ecclesiasticis Magistratum iungentes Patres Concilii Coloniensis anno 36. prateriti facili de hac jurisdictione multiplicatione audiamus: "Multiplex illa facilis jurisdictionum exactio inquit, que in iudicis Ecclesiastici sit nobis probari non potest. Christus inter perfectionis hortamenta ponit & illud, ut in totum abstineamus ab omnibus iurejurando. Quo colore ergo consuetudo nunc passim jurantium in omni negotio excusari posse, non videmus, nisi aut gravitate negotii aut necessitate."

Ratione improbat a multis iudicis jurisdictione hanc addunt: Crebris jurisdictionis raro deest perjurium quod gravissime punit Deus. H. o parte 13. cap. 13.

Ex parte 3. cap. 20. reflectentes ad multiplicia jurisdictiona in quibusdam Capitalibus praestari solita ita loquuntur: "Cum Christus tam iurandi facultatem prohibuerit, ut nisi necessitate veritatis aliqui periclitanda, cogamur, omnino non jurare debeamus: coercenda est illa immoderata in Capitalibus jurisdictionum exactio, per quam necesse est, ut multi in anticipata perjuria corruant, quorum non tantum illi qui pejerant, sed & qui causam perjurii temere exiendo prestant, res sint."

Hec indubie perjuriorum multiplicatio incrementum capiet, si jurantes lucrum sibi accessurum, aut certe damnum temporale à se avertendum mediante perjurio prævident. Nam enim ad pejerandum proctives sint homines, dum de lucro capiendo aut damno vitando agitur, etiam ipsos imperatores & jurisconsultos Romanos in densissimis ipsius gentilitatis teñebri novisse non obscurum est ex l. 8. ff. de Conditionibus Institut. ubi Ulpianus scribit: "Qua sub conditione jurisjurandi relinquantur, à Pratore reprobantur. Providit enim ne is qui sub jurisjurandi conditione quid accepit, aut omitendo conditionem perdet hereditatem, legatumve, aut cogeretur turpiter accipendi conditionem jurare: volunt ergo, cum, ea sub jurisjurandi conditione quid relinquit, ita capere, ut capiunt hi, quibus nulla talis jurisjurandi condicio inferatur."

Deinde Edictum Pratoris probans Ulpianus ait: "Et recte: cum enim faciles sint nonnulli hominū jurandum ad contemptu Religionis, ali per quam timidi metu Divini Numinis usque ad superstitionem, ne vel hi vel illi aut consequerentur aut perderent quod relinquit est Prator consultissime intervenit."

Quid Principes Christiani senserint, vel ex sola Constitutione in materia præsentem questionem proprius attinente, qua referuntur lib. 2. Capitularium cap. 39. intelligi poterit. "Qui decimas post creberrimas monitiones & prædicationes dari neglexerint excommunicentur, inquit, juramento vero eos constringi non possumus."

Igitur etiam gravissima pena qualis est excommunicatio, subditos suos ad solvendas decimas à Sacerdotibus constringi, permitunt; non tamen iuramento, rationem attendamus verbis præcedentibus subjectam: Propter periculum perjurii.

Si huc pessimi illi Principes periculum perjurii in subditis veriti, noluerint eos iuramento ad solvendas decimas constringi, an non merito Principes nostri iuramento de quo quæstio, subditos suos constringi veterabunt propter periculum perjurii?

Num fortè creditur, minus proctives futuros ad pejerandum ut se à Gabellis Regi pendendis exire queant, quam ut se à decimis Ecclesiæ solvendis liberent?

Ne quid nostro iudicio conjecturaque de promissu, audiamus quid de his crediderit vere magnus & teste Suidam omnium eloquentissimus & in omni doctrina genere summus S. Basilius: tempore quippe illo quidam Collectores Tributariorum, spe majoris lucri incitati, homines etiam Rusticos ad iuramentum adigere coepérunt non secus atque hi, de quibus in casu. Videamus verba dicti sancti: epist. 205. "Per omnes usque Synodos & conventus publicos, inquit, contestari non intermitto: per omnes omnino privatos congressus de eadem re disserere non desito: iuramenta non esse in publicis exactionibus à coloris exigenda per redactores reliquum est de his & per litteras coram Deo & hominibus protestari, non esse vobis illo insti- tuo insitendum adhuc ulterius, quo mortem animabus inferatis: alias vobis esse ineundas excoigitandasque rationes ex- citationum & nequaquam vulnerandas hominum animas esse. Hac ad te scribo, non in eum finem quod sit opus tibi per me, sermone bortatori (domi enim habes occasiones & argumenta timendi Deum) sed ut omnes illi, qui a te pendunt, per te docti dicant, ne sanctum illum ad iram excident, aut rem interdilectam per consuetudinem nem malam in veteratam quasi in differentem haberi faciant. Neque enim ad re redigendas que quam illis profuerint iuramenta: at malum manifestarum & in confessio possum exinde hominum animis inurritur. Si enim perjurium parvi semel facere incipiunt homines non

Tit. V De Judicibus Ecclesiasticis & Arbitris Cap. I. 1003

"non deinceps ad faciendam solutionem comparabunt, sed juramentum se invenisse rebuntur, fraudis & dolii instrumentum & dictationis facienda occasionem." Haec enim Basilius, qui causum propositum tantum vehementia, & perspicuitate resolvit, ut vel sola tanti Doctoris resolutione sufficeret deberet.

Et tamen si hec suo tempore Basilius, quid patamus dixisset hac nostra etate, dum non solum quorundam interpretationes scimus adeo extenuatum illud præceptum: Cui vestigial, vestigial, cui tributum, tributum; ut pene contra Apostolum persuasum sit, propter timorem non proper conscientiam tributa Regibus esse solvenda, sed etiam ob nimam nunc multiplicatam jurisdictionum exactionem & frequentiam, adeo jurisjurandi religio apud multos deperit, ut sine illo pene examine veritatis, utilitatis vel necessitatis juretur.

Dum in super tot restrictionibus, equivocationibus & alius palliis perjuria à quibusdam occultantur, ut perjuria tantum hominum imperitorum & scrupulorum esse credantur; jaque verius dici queat, quod suo tempore dixit S. Augustinus in libro contra Mendacium cap. 18. "Sunt in eis docti qui etiam regulas fiant finesque constituant, quando debet, at, quando non debet pejerari. O ubi estis fontes lacrymarum? Et quid faciemus? Quid ibimus? Ubi nos occultabimus ab ira veritatis si non solum negligimus cavere mendacia, sed audiemus in super docere perjuria?"

Dicimus ergo cum Carolo Magno vetante constringi subditos suos ad solvendas decimas mediante jurisdictione propter periculum perjurii; & cum magno Basilio, qui nec publice nec privatim destitutus adversus exactionem jurisdictioni in iurisdictionum solutione intonare, jurisdictioni impositionem de qua in casu, neque incolarum conscientia neque bono publico expedire, sed alias potius inveniendas excoigitandasque rationes exactionum, ne alias patria perjurii impletatur: atque hinc in suis terris & Regnis implere consipient Principes communionem Prophetæ Zacharia cap. 5. v. 3. & 4. Hac est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terra.... Et venit.... ad dominum jurantis in nomine meo mendaciter, & consumet eam, & ligna eius, & lapides eius. Ita responsum Lovaniense hoc 22. Octobris anno 1696. Signarunt Doctores Theologie.

G. HUYGENS S. Theol. Doctor & Prof.

HERM. DAMEN S. T. Doctor & Prof. Ord.

D: M. HARNEY Facultatis Theol. Doct. Regens.

GUILIELMUS RENARDIS. T. D. & Prof. Reg.

M. STEYART Vic. Ap. S. D.

FRANCISCUS MARTIN. S. T. Doctor & Prof.

HENRICUS DE CHARNEUX S. T. Doct. & P. R.

J. SULLIVANE S. Theol. Doctor & Prof. Regius.

Et Jurium.

J. LISER J. U. Doctor & SS. Can. Prof. Ord.

J. HERYS J. U. Doctor & Prof. Reg.

A. TONSERN. J. U. Doctor & Prof. Ord.

Z. B. VAN ESPEN J. U. Doctor & SS. Can. Prof.

TITULUS V. De Judicibus Ecclesiasticis & Arbitris.

CAPUT I.

De Justice Ordinario & eorum Officialibus.

1 Qui apud Romanos dicitur Iudices Ordinarii?

2 Iurum exemplo quis Iure Canonico vocatis sint Ordinarii?

3 Definitio Iudicis Ordinarii.

4 Non in congrua dicuntur Iudices nati.

5 Legatis à latere in propria dicti Iudices Ordinarii.

6 Jurisdictionis Ordinaria nec auferri nec restringi sine causa & circa iuris ordinem potest.

7 Nomine Ordinariorum intelligi solent Episcopi.

8 Episcopus iure suo habet iurisdictionem in sua Diœcesi.

9 Habet de jure fundata intentione exercende iurisdictionem in omnes personas sua Diœcesis.

10 Episcopus retinet iurisdictionem donec plenè probetur exceptio.

11 Episcopus solus habet de jure iurisdictionem generalem per suam Diœcesim.

12 Nullus ad exclusionem Episcopi potest iurisdictionem exercere, nisi eam plenè probaverit.

13 Multis facultatibus tota auctoritas causis decidendi manit pœnas Episcopos.

14 Episcopi Clerum suum in decidendi causis consilere & adhibere soliti.

15 Causas summarie decidere, aut partes ad concordiam adducere satagebant.

16 Difficiles questiones ad Synodos deferabantur.

17 Episcopis causas inferioribus Prelatis & Archidiaconis committere coepérunt.

18 Qua ratione Prelatis & Archidiaconi sensim facti sint Iudices Ordinarii.

19 Quomodo hoc occasione constituti Officialis, iurisdictionis Episcopalis praesentem?

20 Quo precise tempore constituti sint Officialis incertum.

21 Secundum 12. notus erat usus Officialium in Gallia.

22 Quan & eidem tempore in ministerium illud graves abusus irrepererant.

23 Officialium vitium erat innumerum acceptio.

24 Episcopi per Officialles lucrum sibi captabant.

25 Exemplo Episcoporum inferioribus Prelatis etiam Officialles constitue coepérunt.

26 Plures coepérunt Officialles constitui.

27 De multitudine Officialium quærela Nobilium Regni Gallie.

28 Eadem quærela Principum Germanie.

29 Officialium avitatem forensi litigandi forma, & litium protrahit adscribenda videatur.

30 Tempore Petri Blefensis seculari jure causa agitabantur in foro Ecclesiastico.

31 Quærela Principum nostrorum contra excessus Officialium.

32 Ecclesia usum Officialium non reprobat, sicut abusus impletat.

33 Tribunal Officialium idem cum tribunali Episcopi; dicunturque Ordinarium.

34 Episcopi pro suis Officialibus rationem reddituri attendere sollicitate debent quos constituant.

35 Officialles constituerent in quibus non est avaritia, & qui strepit forensi non querunt.

36 Qui persequuntur vitias, non homines propter bursum.

37 Ne Officialis in decidendi causis carni aut sanguini indulgerent, voluit S. Carolus ut potius ex aliena Diœcesi affumeretur.

38 Voluit in super sapientem per Episcopum visitari tribunal Officialium.

39 Voluit ut iustitia gratis omnino administraretur.

I.  Am pridem apud Romanos Iudices Ordinarii dicti videntur ad distinctionem illorum, qui dantur à Principe extra ordinem, de quibus apud Julianum Paulum lib. 5. Recepit. Sent. tit. 5. atque hoc modo Iudices Ordinarii recepti apud Ammianum Marcellinum lib. 16. credit Janus à Costla in Commentario ad titulum Decretalium De Officio Iudicis Ordinarii. Verba Marcellini sunt: "Inter Ordinarios Iudices Rufinus primus Praefectus Prætorio; & inter Militares Equitum magister Arbetio.

II. Hoc forsitan exemplo contigit, ut & Iure Canonico Iudices Ordinarii dicti fuerint ad differentiationem Iudicium qui quasi extra ordinem à Pontifice pro quibusdam causis terminandis delegantur; vocanturque Iudices Delegati: quæ distinctione occurrit in Cap. 5. & 8. §. De Officio & Potestate Iudicis Delegati. ubi aperte Iudex Delegatus distinguitur ab Ordinario. III. Itaque